



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 11. Alphonsus a Vitellescho Italia pulsus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

Sæcul. XV. quatuor triremes, & trecentos ballista-
A. C. 1436. rios se suffecturum recepit; tale enim
præsidium Synodus ad custodiam urbis
Constantinopolitanæ Græcis sponde-
rat.

§. X.

*Congregationes de feligendo loco Con-
ciliis in caufsa unionis celebrandi.*

A gibatur adhuc de Concilii Oecumenici
loco, ad quem Græci convenirent;
in hoc enim solo negotii cardo vertebo-
tur, & hac super re pluribus in Congre-
gationibus totam, quæ superfuit, anni
partem multum deliberatum, nihil con-
clusum est. Prælati duntaxat, quorum
suffragia plusquam duas tertias æqua-
bant, Basileam pro celebrando Concilio
nominabant, ea tamen lege, ut si Græci
hanc urbem recusarent, ad id saltem per-
moverentur, ut Avenionem, vel in Sabau-
diam se conferrent, quam ipsimet has
inter urbes proposuissent: Ast hoc nego-
tium nonnisi anno sequenti decisum vi-
debimus.

§. XI.

Alphonsus a Vitellescho Italia pulsus.

Interim Alphonsus Arragoniae Rex nihil
omittens eorum, quibus posset rebus
Euge

Eugenii extremum exitium afferre, ur-Sæcul. XV.
bem etiam Romanam copiis suis cinctam A. C. 1436.
vix non armis subegisset, nisi Vitellescus,
Florentiæ Archiepiscopus, & Patriarcha
Alexandrinus, Vir bellicæ rei experien-
tia ac gloria, et si præter status sui condi-
tionem, præclarissimus, Alphonsi arma,
adspirante fortuna repulisset, qui omnium
opinione post tot, quas reportavit victo-
rias, potuisset facile Alphonsum toto Nea-
polis Regno pellere, si in conservanda suo-
rum amicitia studiosior, atque in condo-
nandis inimicorum injuriis tardior fuisset.
Geminum vero hoc Vitelleschi vitium Re-
natum Andegavensem a Regno prohibuit,
quod ei Eugenius, si sibi liberum fuisset,
brevi totum asseruisset: Ceterum Roma-
ni ob plæclara in eorum patriam hac oc-
casione gesta facinora, gratum ostensu-
ri animum, Vitellesco equestrem statuam
in Capitolio erexerunt, ac denique Euge-
nius Pontifex anno sequenti, simultate
cum Basileensibus jam inchoata, eun-
dem in præmium meritorum, cum ejus
victoriis integer pene Ecclesiæ status re-
cuperatus fuisset, Cardinalem creavit.

*Blond. 3.
decad. 7.*

§. XII.

*Seminarium Clericorum ab Eugenio
Florentiæ institutum.*

Igitur Eugenius Bononia Vitellesci ar-
mis